



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 176. Regina Bosniæ Romæ mortua Regnum suum Sedi Apostolicæ cedit

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

cum ad sacram purpuram promovit. Is sæcul. XV.  
erat Dominicus de Ruvere, patria Tau- A.C. 1478.  
rinensis, ac Frater Cardinalis Tarantasi-  
ensis, qui non ita pridem e vita excesse-  
rat. Adscriptus est Dominicus titulo S.  
Vitalis, postea ad S. Clementis Ecclesi-  
am transferebatur.

### §. CLXXVI.

*Bosniensis Reginæ obitus; illius Re-  
gnum Sedi Apostolicæ testamento  
reliquit.*

Hoc anno post Christum natum mille-  
simo quadringentesimo septuagesimo  
octavo Bosniæ Regina Thomæ Regis  
conjux, quæ Anno millesimo quadrin-  
gentesimo septuagesimo quinto ob An-  
num sacrum Romam venerat, ibidem  
rebus humanis erpta est. Hujus me-  
moriæ Sixtus Pontifex monumentum e-  
rigi curavit, quod hodie in Ecclesia  
*Aræ Cæli* visitur. Illa Romanam Eccle-  
siam Regni sui hæredem testamento scri-  
psit, addita conditione, ut si filius ejus Leunclav.  
ex Turcis rediret, defectionis anteactæ eum Pandet.  
pæniteret, & Christianam fidem resumeret, 141. & 162.

*in vitam illius possessionem restitueretur.*  
Regina fatis functa, duo illius familiares  
testamenti tabulas Pontifici obtulerunt,  
qui eas perlegit, ac unacum conditione  
apposita acceptavit. Posthæc iudicem in

*Lega-*

*Papiens.*  
epist. 679.

*Chalcond.*  
hist. Turc.

lib. 10.

**Secul. XV.** Legati pii fidem Regniensem, & calcariam porrigebant, quibus benigne acceptis  
A.C. 1478. Pontifex ipsum testamentum, & acceptati Regni literas in Archivis Apostolicis condi imperavit. Hoc Regnum ab Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo usque ad Annum Domini millesimum quadringentesimum sexagesimum quintum semper propriis suis Regibus parebat.

## §. CLXXVII.

*Usumcassani Persarum Regis extrema.*

*Palmer. in  
Chronic.*

Eodem anno Usumcassanus Persarum Rex animam egit, annos natus septuaginta octo. Successorem reliquit Jacobum natu minimum ejus Filium cognomento Chiorzeinal, hoc est monoculum, seu unius oculi luce privatum. Juvenis iste Princeps, ut Regiminis socium amoveret, fratrem natu maiorem eadem nocte, qua Pater ejus e vita migravit, interfecit. Ita Historicorum nonnulli referunt, aliorum tamen fide discimus, quod Usumcassanus quatuor superstites reliquerit filios, unum de prima, tres de secunda uxore progenitos, eaque ipsa nocte, qua illorum Pater decepsit, eorum natu maiorem tres illi fratres uterini singulari; secundus vero ex his tribus sibi proximum pariter trucidari jussit. Hic autem